

473

473

1

NUPTIÆ RUTH.
MODI SACRI

RECINENDI A PIIS VIRGINIBUS
CHORISTIS IN NOSOCOMIO NUNCUPATO
PAUPERUM DERELICTORUM
RECURRENTE DIE FESTO
DEIPARÆ IN CœLUM ASSUMPTÆ.

MODOS FECIT
D. ANTONIUS SACCHINI
CHORI MAGISTER, ET MODERATOR
OPTIME MERITUS.



VENETIIS, MDCC LXXII.
TYPIS DOMINICI BATTIFOCO
SUPERICRUM PERMISSU.

IN MISSA SOLEMNI.

Kyrie, &c.

Gloria in excelsis Deo, &c.

Sequentes versiculos concincent.

Domine Deus Rex Cœlestis, *D. Nicoleta Costantini.*

Domine Fili unigenite.

Domine Deus Agnus Dei. *D. Theresia Raphaeli*

Qui Sedes &c. *D. Theresia Raphaeli.*

Quoniam tu solus Sanctus &c. *D. Magdalena Raphaeli.*

Credo &c.



D. Ni-

III

D. Nicoleta Costantini.

COR serba te fidele

Vide quæ restat poena,

Sed fiam virtute plena

Si recorderis me.

Nam tui virtus amoris

Noa sentit vim doloris

Quando confugio ad te.

Solus amor Divinus

Omnia potest in hac mitera vita;

Amate, &c. sunt finita

Mala quot sunt humana. Amor ubique

Germinat inter nos; ubique crescit;

Sed amare cor meum forsitan nescit.

Cari affectus suspirantes,

Cor docete tenebrosum

Quales sunt animæ amantes,

Qualis amor pacem dat.

Alleluja, &c.

I N.

IV

INTERLOCUTORES.

BOHOZ Sponsus.	<i>D. Francisa Gabrieli.</i>
LAMECH Villicus ejus.	<i>D. Dominica Pasquati.</i>
RUTH Nurus Noemii.	<i>D. Laura Conti.</i>
NOEMI.	<i>D. Marina Frari.</i>
SALEM Agri custos.	<i>D. Ippolyta Santi.</i>
ZELA Aratrix.	<i>D. Lucia Tonello.</i>
DALET Mellor.	<i>D. Magdalena Raphaeli.</i>
MELCHI Vinitor.	<i>D. Nicomia Costantini.</i>
ISABETH Melchi filia.	<i>D. Theresia Raphaeli.</i>



PARS

* 3

Clio.

V

PARS PRIMA.

Lamech **S**pirant hodie amorem sylvæ,
 Dulces auræ, & rivi amici,
 Dum Auroræ spectatrici
 Quam suave murinur dant.
 In tanta humani generis jaictura
 Quam prouida Natura ! . . .
 Qualis Naturæ Author ! . . . & paterna
 Munificentia æterna !
 Quam deprædicant fontes . . .
 De qua suffirant montes ; . . .
 Cui rosei plaudunt matutini albores , . . .
 Cui molles erbæ , & flores
 Gracias agentes , circum monstrant istas
 Jam maturas aristas ; . . .
 Et primo mane , ad fulcos bege cultos ,
 Adhuc somno sepultos ,
 Mecum urgent mellores . . . Nulla morsa ,
 Eja ! . . . surgente Aurora ,
 Surgite , amici , & spicas flavescentes
 Mecum hic rescidentes ,
 Datoris manum collaudando amemus ,
 Ut in Amoris regno ideo regnemus .

VI

CHO. Amor care, in isto regno

Horæ æternæ, horæ vitales,
Quando teneræ fodales
Jubilando tecum stant.

Lam. Spirant hodie amorem Sylva,
Dulces auræ, & rivi amici,
Dum Aurora spectatrix
Quam suave murmur dant.

CHO: Amor care, in isto regno, &c.

Dal. Audis, amice? Auditis
Messorum Socia amabiles puellæ?
Non vos dextera imbelli
Falcem rotare plegeat, & amicas
Meffi aperire vias.

Zel. Nescio cui dicas.

Aratrix ego, & aratore nata

Arva sero; non iata

Metere nostram est.

Ijab. Meffis matura

Tua sit; non nostra cura;

Nam ego quoque vinirosis filia,

Cum reliqua familia

Vineas colo: nos vineis hic commixtas

Flavas tritici aristas.

Dal. Male utraque forores;

Non hoc foli Mefores

Ve-

VII

Vescuntur pane unicuique dato;

A duro hominum fato

Forsan foeminæ immunes,

Ubi famis miseræ hodie communes?

Ah mendicato non abuti pane

Discite, malefanæ!

Providentiam accusat,

Qui nil habens de suo, panem recusat.

Benedice, Apis tenejla,

Tibi flores germinantes:

Vagabunda Columbella,

Terram roga, ut granum det.

Ruth. Hujus laborem meffis recusantes

Fœminas petulantes

Inde audivi, ni fallor, & repente

Adsum, fame jubente,

Adsum ego, ubi labor non fit vanus,

Labori offerre manus.

Noem. Manus, heu! Narus meæ quam delicate,

Et non aratri nata!

Zel. Cur laboret,

Nisi forsan ignoret,

Quod non in solo pane homines vivant?

Ruth. Solo pane contentas

Non urbes opulentas

Vidi egomet; sed quanta intemperantia

Ex urbium abundantia!

Qus-

VIII

Quanti morbi, & quae mala non audita
Ubi per sylvas parca agitur vita!

Ruth. Oh cara sylva, oh cara
Zela. 2. Simplicitatis pax!

Non hic celant venena
Ruth. Pocula lacte plena:

Non ad connubia amara
Zela. Splendet discordia fax.

a 2. Oh cara sylva, oh cara
Simplicitatis pax!

Melch. Sylvas collaudant omnes; & silvestres
Mores nostros pedestres;
Sed non ideo frequenti habitatore
Carent urbes sonoræ
Altissimo tumultu.

Zel. Hæc miseranda
Humanitatis lex nulli celata.
Semper quæ sunt negata
Petimus cupimusque; unde non pudet
De nobismet fateri
Quod meliora videntes, admiramus;
Sed pejora quæ sunt semper sequamur.
Later in herba, & tacet;
Sed tu serpentem pave:
Nocet quod nimium placet;
Mordet, si manum das.

Ruth

IX

Ruth. Altus interea foli campis flagellat
Dum Messores appellat;

Nec unus adhuc Messi admoveat manus.
Quidquid dicat insanus

Agri metendi cultos, ego prima
Mage vicinas mihi, & image apricas
Falce rescindam spicas.

Sal. Heus tu! unde venis? quematu es? quid agis?

Quid cum hac tibi est unelle novella,
Temeraria puella?

Falcem depone; & redi, unde vesisti
Quererere panem tristi

Calamitati tuz. Dominum agri,
Si pergis adhuc, compeliabo; & ipse

Fame perire suos non patietur;
Ut furari cuivis triticum detur.

Vade, superba, & roga,
Ne major ardeat focus:

Non hic pietati est locus;
Non tibi veniam dat.

Alge, labora, & fuda
Ne alieno vivas pane:

Fame confecta & nuda
Desidia semper stat.

Bobæ.

¶ X ¶

Bohez. Quænam ira inter vos, & quorsum minæ?....
 Tantæ causam ruinæ
 Istius foriā pueræ optima cara,
 Quæ de messe matura
 Manipulos quamplures alligatos
 Velleb fibi domatos?....
 Messores lenti, & malefici ab ea
 Munera incipient mea
 Et perge tu, bona pueræ; & docce
 Exemplum tuum quanto sit melius voce.
 Noem. Ah! tantam messis fuæ muneratorem
 Felicitet æternæ
 Providentia capias.... Ah! quantum fleres!
 Si scires.... uideres...
 Quam tetra, & quanta hodie graffatur famæ
 In regione nostra!.... Ah! miserandam
 Non regionem viventium;....
 Sed tumulum morientium!....
 Per vicos, & plateas non cognoscenda
 Ambulant spæctra horrenda....
 In finu matris fame sua confectæ
 Languent filiæ dilectaæ....
 Et famelicus furor desperatos
 Quo non cogit agnatos?
 Invicem se quandoque devorantes?....
 Parcite quæso, Amantes;....
 Par-

¶ XI ¶

Parcite uxori, & Natis....
 Quæ dementia? Quis furor? quæ vessana,
 Mage tigride hircana,
 Deploranda barbaries? Hic perire
 Præstat; quam siq; savire;....
 Et in antris occultis....
 Non parcere præ fame etiam sepultis.
 Bob. Vobisœum perhorresco;
 Sed vos nescum de fame haud trepidate,
 Noem. Extrema in egestate
 Ideo ad te nurum meam sola vocavi;
 Sola tibi celavi; sibi non ha misericordia.
 Quam nunc revelo, voluntatem Dei,
 Tu despontatus ei
 Mirabilia videbis:
 Et quanta gloria solus tu non potes
 Tuos cumulabit Ruth tardos nepotes.
 Ante Thorum virginalem
 Non prophanz ardebunt faces;
 Sanctum nodum maritalem
 Coronabit sola pax.
 Bob. Tu sponsa mea?.... Quid ais?
 Ruth. Verbum non addo;
 Nil recuso; sed vado
 Su-

XII

Supernam potius mentem explorare .

Dal. Quam opportunitas , & carus

Domini nostri hodiernae nuptiae !

Zel.

Ad istas

Properabo egomet cogere arillas ;

Properet unusquisque

Munera sua deffessa

Noem.

Prima dona

Innoceas uxoris bona ,

Et cœlo amicus vir , quibus de cœlo

Praefert Justitia faciem .

Bob. Ut æternam ad nos deferat pacem .

Compescit horrida bella ,

Barbara tua flagella

Fames detorque a me .

Noem. Veni de cœlo , & vola

Tu cara pax , tu soia

Fave clamanti ad te .

Dal. Vigila ad thorum , fides ;

Spes , novæ nuptiae arrides :

Charitas , manum da .

Zel. Veritas luce plena

Noctes , & dies serena ,

Semper nobiscum sta .

Bea-

XIII

Beatis nuptiis , & caris !

Suaves flaminæ amantes !

Qui docet bene amare

Quantas delicias dat !

A. 4. Bob. Sponsam vocate

Noem. Expecia .

Dal. Quam tarda !

Bob. Quam dilecta !

Zel. Odit expectans moras .

Noem. Amor abbreviat horas .

A. 4. Horæ breves transvolate :

Sponsæ ad aures resonante

Veni cara , ad nos festina ;

Pax divina adducat te .

PAKS

XIV

PARS SECUNDA.

CHORUS.

Fuge fames, tua suspende
Contra miseris flagella :
Spes resulget, spes novella
Quantam messein nobis dat.

Boboz. Satis audivi ; satis
De Judæorum fatis
Clara Noemi vaticinia. Ad istas
Non meditatas nuptias opportunæ
Venistis ambæ ; & adsum non invitus,
Quamvis senex maritus,
Si non obſiſtit Ruth, neque recusat.

Ruth. Se non dignam accusat
Tanto conjuge Ruth. Quidquid ab illa
Sponsa, aut potius ancilla,
Æterna velint Judæorum fata
Eis deservire nata
Tibi dexteram tendo : Omnipotenti
Frontem submitto ; & sœculo futuro
Fidem ex corde maritali juro.

Tene-

XV

Tenera Turtur amat

Amores suos deflere :
Sed suspirando clamat,
Quis mihi socium dat ?
Minus delectant joci ;
Magis excruciant poenæ ;
Male sit illi, aut bene,
Nullibi sola stat.

Lam. De conjuge futura, eja latare,

Domine noster care.

Bob. Ah modum pone,
Fidelis serve, & bone,
Lætitiae nostræ Ubi sum ego ? . . . & quali
Perfusus immortali
Tremula luce, videor nunc videre,
Quæ sunt velata tenebris obscuris
De faculis venturis?

Lam. Siste, precor,
Quo me rapis? . . . Quæ monitras? . . . Quam suavi...
Vel teneso vel gravi
Sonitu mulcent nos sphære rotantes?
Per nubes rutilantes
Viden' cœlos apertos?

Bob. Video, . . . & tremo
Sentio, . . . & nihil repono
In Israelis Throno
De Ruth progeniem meam video sedentes.

Lam.

XVI

Lam. Candore suo fulgentem
 De stirpe David Virginem prognatam
 Video ad Cœlos elatam

Bob. Vefra locum Reginæ.....
 Date stellæ vicinæ.....
 Tenero pedi cornua in regia cuna.....
 Submitte argentea Luna.....
 Sol illi vestem radiis suis colora.....
 Fascia crines, Aurora
 Sed de coelis defleste triumphales
 Oculos virginales

Intemerata Mater, nec peccantem
 Obliviscere terram.

Bob. Triumphantem
 Vide mors tenebrosa.... & contremisce.....
 Vide mare..... & dehisce
 Voraginibus tuis..... Portæ revulsæ
 Abyssi ad ejus nomen superati.....
 Præcipitate vos. Ad suos sermones.....
 Vos tacete, aquilones;

Evanescite nimbi.... & tempestates....
 Ferreæ fugiant ætates.....
 Et aurea reflorescant
 Sæcula vitæ, ut ei

A. 2. Salutem debeat suam populus Dei.

Bob.

XVII

Bob. Navis mare exagitata
 Sentio turbidas procellas,
 Non cognosco amicas stellas,
 Nee quo venti rapiant me:
 Sed hac nocte secedente,
 Quidquid videam, quidquid dicam,
 Veritatem cœlo amicam
 Solus ego edoceam te.

Lam. Domini vaticinia celebrantes
 Servi, & ancillæ hodie exultate: ad suas
 Dum nuptias properamus,
 Tales benedicamus
 Spoglos hodierne datos egestati.
 Collaudent nundum nati
 Sponsæ nepotes provida decreta,
 Quæ accelerant, hoc ævo malefano,
 Reparatorem suum generi humano.

Nasce candidior nive
 Flos de Jelsea radice;
 Ama crescendo, & vive
 Cui te propitium das.
 Non auræ vespertinæ
 Tuos maculant candores:
 Pungere cessant spicæ,
 Quo florescendo stas.

Mal.

XVIII

Mel. Quam modesta, & suavis
Domini sponsa ! & qualia ei deferemus
Munera nostra ?
Iacob. Munera expectemus
Hac potius ab utroque hora serena .
Fercula lacte plena ;
Et veteri fumantia dolia vino .
Jussit uterque promi .
Mel. Quales epulæ domi !
Quantus per vineas vinitorum sonus !
Quam splendidus, quam bonus
Factus nunc ab uxore
Dominus noster !
Iacob. Lenta currant horæ
Nobis adeo felices ;
Transactæ ut famis fint vindicatrices .
Dulcior sponsa lacte, & melle
Doceat nos, caræ puellæ ,
Quales dies velit pro se .
Mel. Doceat sponsus nos clamare ;
Pater bone, Pater care
Nil habebus fine te .
Iacob. Da serenam cordis pacem
Mel. Puram fac amoris faciem
Iacob. Sponsa cara
Mel. Sponse bone
Iacob. Tecum esse nobis da .

Te-

XIX

A. 2. Tecum viventes ,
Tecum morientes
Non vita ingrata ,
Non mors arnata ,
Non caeli fulgura
Terrebunt nos .
Salem Streptunt jam undequaque
Cymbala pulsa rusticò fragore ;
Et cytharæ sonoræ
Nos ad hyinnos invitant nuptiales .
Quid igitur , fidales ,
Accensimur celumus ?
Eja fausta diei fausta dicamus .

C H O R U S .

Redi fæpius , dies serena ,
Novam nuptiam coronare :
Nova nuptæ manu plena ,
Terra , & cœlum flores dant .

F I N I S .

10



